UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Miracvla Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae, Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de Liesse dictam effulsere

Caoult, Walrand

Coloniae Agrippinae, 1607

Puer graue infortunium in facie passus, statim atque eum parentes B. virginit deuouerunt, ac eundem in eiusdem ædicula obtulerunt, protinus sanus fictus est.

urn:nbn:de:hbz:466:1-59700

Visual Library

iungentis & clamantis: O dulcis Virgo Ma-
ria noſtra Domina Tungrenſis, mihi fer o-
pem. VVillemanus bono cum eſſe an mo
ſit, propitium illi Deum eſſe & beatam Vi-
ginem promittẽs: nec enim illi ſuppetias fe-
poterat, quod aqua eſſet vicinos pedes &
pliùs alta, ſoluto nimirum gelu. Deuolu-
taque puer eſt ad gurgitis ripam indeque
tractus, ac illæſus inuentus. Quò factum
vt eiuſdẽ menſis die duodecimo, ſacrum
lemne cum proceſſione publica in gratia-
actionem fieret, multa cum ſpirituali ani-
rum lætitia: vbi comparuerunt cum puero
bis induto, & manibus cereum geſtante,
rentes, aliique multi Tungrenſes & Cheru-
ſes, cum nonnullis finitimis.

PVER GRAVE INFORTVNIV in facie paſſus, ſtatim atque eum parentes B. Vi- ni deuouerunt, cereum pro eo detulerunt, & eundem in eiuſdem ædicula obtule- runt, protinus ſanus fa- ctus eſt.

CAPVT XXVI.

ANno ſupra milleſimum quadringen-
teſimo decimo quarto, Ioannes pu-
tulus biennis filius Ioannis Biermerani V
lincuriæ incolæ, incidit in falcem, quæ
xtram illi maxillam cum capite, vſque ad

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtri oculi ſupercilium, pertuſo oculo medio ſcidit. Concreditus eſt tribus medicis curandus, ſed fruſtà: nam ſua opera & induſtria nihil præſtare valentes, eum deſeruerunt tanquam certò morti deſtinatum. Quod vt parentes viderunt, puerulũ Beatæ Virgini Tungrenſi deuouerunt, mox cæreum deferunt, infantem offerunt, & ſtatim ſanitati redditus eſt. Subeat hic adnotare, ô lector beneuole, omnia hæc miracula huc vſque authenticè fuiſſe confirmata, & munita ſigillis & auctoritate tam ſummorum Pontificum, quàm Epiſcoporum Cameracenſium, ſed pleraque inſtrumenta temporum iniuria, bellorumque tumultibus intercidiſſe. Quod tamen aſſerimus, pluribus libris, regeſtis, antiquiſque ſcriptis, ac notitia illa communi, quæ à patribus ad filios peruenit, nititur. Quę mihi cauſſa fuit, cur particularius de his tractationem ſuſceperim, fortaſſis etiam rudibus quàm delicatis auribus conueniat; illud tamen mihi ſubit cogitare hæc facta memorabilia, ſuo pondere & ſanctitate ſatis lucis & ſplẽdoris adferre narrationi, non adhibito variæ eloquentiæ fuco, verborumque pigmentis aut lenocinijs. Secuta eſt ea temporum calamitas toti prouinciæ tam funeſta, vt plærique beatiſſimæ Virginis limina viſitantes, neminem inuenirent, à quo poſſent in particulari de miraculis ad inuocationem beatæ Virginis patratis,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

edoceri, nec à quo ſacrum fieri poſſet. Vi
nec litterarum monumentis fuerunt con
gnata, quæ tamē proximè expreſſimus, paſſi
in regeſtis repetita conſpicias.

PVELLA A GRAVI MORBO LI rata, ſimul atque eam mater B. Virgini Tungrenſi deuouit.

CAP. XXVII.

ANno ſupra milleſimum quadringente mo nonageſimo primo, ferijs beati anis Baptiſtæ, mulieri cuidam ex Huſſe in Oſticenſi parœcia, cōiugi Petri Aqu fuerunt filiæ, quas Tungros adduxit: qu maior vehementi morbo ab initio hiem tegreſſæ laborans, fruſtra medicorum ram ſubſidiumque expectarat. Vouet mater ſancto Chriſtophero, deindè Co lio, poſt Gisleno: pluries etiam ſacrum monachos Athenſes faciundum curat, ſecuta leuatione. Tandem venit illi in m tem beatæ Virginis Tungrenſis, cui vt vouit peregrinam, illicò ſanitatem re cuperauit. Innotuit hoc miraculum populo.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN